

quam ipse iudicat, esse divi Thomas (2. 2. quæst. 96. art. 2.) verba Caetani sunt: *Ad primum dubium simpliciter videtur mihi, salvo meliore iudicio, quod imagines astronomicae absque characteribus, ut corpora artificialia non sunt, sed ut effectus sunt coelestis syderis, tunc ministerio humano non sint damnandæ; et ratio me movens, est, quia impressio, verbi gratia, figuræ leoninae in eum sub tali sydere, opus est corporale, subiectum coelo supposita executione, et constitutio illius imaginis potest infusum coelestem suscipere, sicut agressio bellica, quae voluntaria est, et in nostris consistit actibus, robur ex coelesti sydere suscepti in tali tempore. Unde de Guidone Bonato Foroliensi legitur, quod capta hora secundum astrologiam, impetrum fecit in hostes, et liberavit patriam; et tunc figura, ut in litera dicitur, et bene, nullius appareat naturalis actionis principium, et propterea faciens figuratum, non facit actum; quia tamen figura est actionis naturalis comprincipium, et dispositio ad formam, quae est naturalis actionis principium, nam sicut figura hominis est consequens formam hominis, ita similes figura est dispositio in materia ad suscipiendam formam hominis, et figuram cuiuscunq; organa naturalis, puta, cordis, aepatis, manus et inter dispositiones sunt ad formas organicas, etc. ad operationes, non quatenus figuræ, sed quatenus terminations quedam corporum naturalium. Ideo nihil prohibetur videtur, quin figura, que humano ministerio terminare positur talis corpus sub tali sydere, sit velut quedam secunda stella proper conformitatæ ad tale sydus. Non enim negari potest, quin figuræ quedam coelo appropriantur, et quæc oculi valde sint nos modi coelestis infusorum. Signum quoque coelestis conformitatis est, quod ait, imaginem, sub leone factam proesse non omnibus hominibus, sed leoninam, et sic de aliis, tanquam operatæ actiones fieri in patiente proportionali; haec tenet Caetanus; cuius sententiam pariter esse d. Thomae, ex eo liquet, tam quia (l. 3 c. 108 contra gentiles) id expresse assertum in haec verba. Quia vero figuræ in artificialibus sunt, quasi formæ specificæ, potest aliquis dicere, quod nihil prohibet, quin constitutionem figuræ, quæ ad speciem imaginis sequatur aliquæ virtus ex insuffiâ coelestis, non secundum, quod figura est; sed secundum quod causal species artificiali, quod adipiscitur virtutem ex stellis; haec ille. Tam etiam, quia figuræ, et imagines astronomicae, quis damnat s. Thomas (2. 2. q. 96. art. 2. ad secund.) non sunt illas, quæ solum habent imaginem, sed quæ quibusdam characteribus inscribuntur; ibidem enim ait: *Unde etiam imagines, quas astronomi vocant, ex operatione daemonum habent effectum, cuius signum est, quod necesse est, eis inscribi quedam characteres, qui naturaliter nihil operantur.* Unde ipse Caetanus (*in comment. illius loci*) ait de divo Thomas: *Hoc in loco damnare volens auctor imagines astronomicas, non audet eas damnare sine signo simulo ex characteribus:* et paulo inferiori subdit de verbis d. Thomae loquens: *Quicunque modo haec verba applicentur, sat est propositiō, quod**

imagines astronomicae non apparent hic damnandas, nisi per figuram, et characterum signa. Duo tamen in hac sententia difficultatem faciunt. Primum est, quod scilicet sit, et medium commentum, dicere quod in celo sit figura leonis, pisces, aut similius animalium: nulla enim stella est, quæ non habeat figuram stellæ; stellæ autem figura nihil commune habet cum figura leonis. Sed hoc parvi momenti est: quia licet verum sit, nullam stellam leoninam figuram portendere, ex multis tamen ob diversitatem sita tali modo dispositis resultat figura leonis, sicut ex stellis tali modo dispositis videmus in celo fieri figuram curvus. Secundum alius differentiam ingeneris in eadem sententia est, quod videtur imago, cum sit quedam figura, non habere naturalem virtutem ad agendum. Sed ne hoc urgat: quia licet figura non sit principium per se sola, actionis naturalis, bene tamen potest esse comprincipium illius, ut patet in motu gravium: ferrum enim, si latet sit figuræ, natum in aqua, si actæs submergitur: ecce figuram, quæ coefficient naturalem motum. Tum etiam id clare patet in instrumentis aciem habentibus: figura enim serua multum quidem vult, multumque operatur ad scindenda ligna. Atque haec omnia dixerim tantum referens sententiam card. Caet. iudicantis d. Thomæ secum in eam sententiam consente. Ego vero solum id certo assero cum angelico doctore (*prædictæ questione, et articulo in corpore*), quod in his, quæ sunt ad aliquos effectus inducendos, considerandum est utrum naturaliter videantur posse tales effectus causare, sic enim non erit illicitum, licet enim causas naturales adhibere ad proprios effectus. Unde si naturaliter non videantur posse tales effectus causare, consequens est, quod non adhibentur ad hos effectus causandos, tanquam causæ, sed solum quasi causa: et sic pertinent ad pacta significacionum cum daemonibus inita; haec divus Thomas.

Ultimo assero, interrogaciones, quibus respondunt solent astrologi circa futura contingentia dependantia ab humana voluntate, a theologia reprobari, et merito: tum quia id est vaticinari singularia futura contingentia in particulari, dependantia ab humana voluntate, quod illicitum est, et a Sixto V. prohibitum, ut sup. diximus. Tam quia astrologi dicunt, ad respondendum his interrogatioibus, observandam esse constillationem temporis, quo interrogans habuit animum interrogandi astrologum; vel certe illud, in quo fit interrogatio, quia illi cogitatio, et propositio interrogandi est quedam conceptione, externa vero interrogatio quedam velut nativitas. Quis autem non videat, quod ex eodem prorsus futuro contingent possunt ab eodem in diversissimis tamen temporibus interrogari diversi astrologi, in quibus sane non erit semper eadem stellarum positio, nec eadem coeli constitutione; unde necesse erit multum inter se variare responsiones, et contrariari saepe ex contraria coeli constitutione, quam hic astrologus observavit, et non alius? Hinc infero etiam, interrogaciones, et responsiones astrologorum circa futura esse illicita, (ut sup. dixi), nam in c. ex tua-

rum de sortileg. Alexander Tertius sic ait: *Acepimus, quod presbyter quidam cum quadam infami ad privatum locum accessit, non ea intentione, ut vocaret daemontium, sed ut inspectio astrolabii furtum cuiusdam Ecclesiæ posset recuperare. Verum licet hoc ex bono zelo, et simplicitate se fecisse proponat, id tamen gravissimum scelus fuit, et non modicum inde peccati maculum contraxit. Quare astrologi, qui responsa sua ad eas interrogaciones vendunt, non possunt tula conscientia pretium refinere, ut docet Gratianus (in cap. qui habet 14. quæs. 5) dicens: *Ez malo acquiritur, quod ex causa turpi possidetur: veluti cum mathematicis ex arte, quam docet, vel ex futuris quae praenuntiata, nonnulla lucratur.* Atque haec sufficiente de hac longa digressione, etc.*

HOMILIA VII.

Verba Virginis, quodcunque dixerit vobis, facite, explicare incipinus, varia, quæ in illis latent, arcana detegentes.

Mariana haec verba, quodcunque dixerit vobis, facite, habent se in istar margaritam, et gemmarum, quæ sub exigua quantitate ingenitem valorem continent. Breve quidem fui hoc eloquium, sed in eo pleraque latent arcanæ, et documenta Dei Genitricis supremo magisterio digna. Unde Albertus Magnus (sup. Miss. c. 117) inter alia nulla arguenda, quibus comprobabil, sanctissimam Virginem deberi excellentiorem aureolam, cum reliqua omnibus doctoribus, et magistris, hoc singulare adducit in haec verba (c. 14): *Doctrina prudentum facilius est, ut ait Salomon. Sed beatissima Virgo brevissime, et tuncissime omni prædicabilia uno verbo prædicta, quando dixit in nuptiis: quodcunque dixerit vobis, facite; qui enim facit quacunque Filius Dei dixerit, omnia prædicabilia implet; ergo beata Virgo omnia uno verbo prædixit.* In primis namque sanctissimam Virgo satagebat, per haec verba, quodcunque dixerit vobis facite, ad fidem, et fiduciam animos ministrorum excitare, ne quidquam de conversione aquæ in vinum hascitarent. Sicut enim ipsa Virgo audiens verba illa (Ioann. 2): *Quid mihi, et tibi est mulier?* de miraculo non desperavit, nec animo cedidit, quin potius ministros admounit facere, quod Christus eis præciperet; unde divus Bernardus (de gradib. superb. gradu 12) dixit: *Disce matrem Domini, magnam in mirabilibus fidem habere: non desit pietatis fides, efficacia voti;* ita illa candens fidem, et fiduciam, quam in se habebat, in ministrorum animis giganteis sollecite curavit, ut his verbis perdoce disserit Rupertus Abbas (l. 3. in Ioann.): *Voluntatis eius conscientia, et de potentia eius non dubitamus, opportunitate communicatione ministrorum animos præparat; videlicet, ne id quod præcepturus erat, amentias reputarent, nondum veram eius hinc virtutem.* Nam et propinquæ eius cum Apostolos eligeret, et omnia quibusdam multata imponeret, exierunt, inquit Marcus evangelista, ut tenerent eum, di-

centes: *quia in furorem versus est. Itaque sollicita præmonet, ut non diffidentes, aut enim irridentes indigni ferent gratia miraculi; sed præcepto parentis viam facient manifestandas glorias Dei;* haec Rupertus. Non ignorabat quidem beata Virgo magni momenti esse fidem ad hoc, ut Christus Dominus miracula pataret. Unde d. Marcus (c. 6) refert, nullam virtutem facere potuisse in patria, exceptis quibusdam infirmorum curationibus, propter incredulitatem habitantium: et (c. 9) narrat, quod cum pater ille, qui filium habebat arreplatum, Christo diceret (Matt. 9): *Si quid potes, adiuva nos, misericordia nostra, Dominus ei respondit: Si potes credere, omnia possibilia sunt credent;* et (Math. 15) legimus dixisse Chananaeæ: *Mulier, magna est fides tua, fiat tibi, sicut petisti.* Agnoscens igitur Deipara Virgo optimam dispositionem esse fidem indigentiam, ad hoc, ut Christus Dominus miraculose eis subveniret, idcirco fidem suadebat ministris; ut egregie adnolavit d. Aug. (serm. 2. Domini, 2. post oct. Epiph.), qui est quadragesimus primus de tempore: *Quam bene, inquit, mater Domini credulitatem suadet ministris, ut non desint vina prædantibus.* Etiam licet in miraculis, quæ totaller ordinantur ad manifestandam gloriam Dei, non soleat Dominus exigere fidem ab hominibus, immo ipsius invitis illa patrare assuetat, ut aperte constat ex illo Isaiae: *Pete tibi signum a Domino Deo tuo, sive in profundum inferi, sive in excelsum supra;* quod quia Achaz petere renuit, dixit Isaías, Achaz molestum esse Deo: *Ut quid molesti estis Deo meo?* Hoc autem ideo erat, quia Deus tunc volebat facere miraculum ad ostensionem gloriarum suarum, Achaz autem id renuebat. Unde subditur ab ipso propheta: *Propter hoc ipse Dominus dabit vobis signum, hoc est, quia vos non habetis petere ab eo, ipse se ingreret, et dabit vobis illud, etiam non lenientes recipere.* In miraculis autem, quæ Christus Dominus patratabat in hominum utilitatem, semper vel in plurimum, præviā fidem ab eis exigebat, ne de rei eventu quidquam diffiderebant. Beata igitur Virgo volens a cordibus ministrorum omnem hascitatem, aut dubitationem removere, monuit illos dicens (Luc. 2): *Quodcunque dixerit vobis, facite;* ac si apertius diceret: licet vobis videatur impossibile, ut ex aqua missa in hydriæ hauriri possit vinum, obedite ei, et fiduciam habete, et fieri vobis. Intendit etiam b. Virgo per haec verba: *Quodcunque dixerit vobis, facie, ministris obedientiis suaderet: non enim in hoc, vel in illo; sed in omnibus indiscriminatim. Daemonis ingenium illud esse novimus, ut de mandatis Dei semper aliquid detrahatur; beata autem Virgo nihil detrahendum monet. Experta est Eva huius nequissimi hostis artem: nam cum diabolo, sub forma serpenti, eam interroganti (Gen. 3): *Cum præcepit vobis Deus, ut non comederas ex omni ligno?* illa responderet: *ne forte moriamur, continuo ipse dixit: ne quaquam morte moriemur.* Ecce a præcepto abstulit poenam transgressionis a Deo præscriptam, nempe mortem. E contra vero agnoscens b. Virgo mortem ingressam in orbe*

terraram per detractionem divini praecepti, ipsa vitam introduce satagens, perfectiam in omnibus divinorum mandatorum obedientiam monet, dicens (*Iuc. 2.*): *Quodcumque dixerit vobis, facite.* Oportet quidem in mandatis Dei exequendis nec per excessum, nec per defectum Dei voluntatem transgredi. Facultatem fecit Dominus Adae, ut ex omni ligno paradisi comedere posset, excepto arbore scientiarum, et malii; Adam vero ampliavit, et extendit facultatem illam ad omnem arborum absque ulla exceptione excessum. E contra vero iudeum Deo Sauli (*1. Reg. 15.*): *Percute Amalech, et demolire universa eius, non parcas ei, sed interfice a viro usque ad mulierem, et parvulum, atque lactentem, bovem, et orem, camelum, et asinum;* ipsi quidem non quodcumque Dominus illi dixit, fecit, sed multo minus: pepercit enim regi Amalech, et optimis gregibus ovium. Ecce inobedientiam per defectum, in cuius poenam projectus fuit, ne ultra regnaret, quia minus fecit, quam Dominus praecepserat. Rursus, opinor quoque b. Virginem per haec verba significare nobis voluisse illud latum esse discrimen inter obedientiam Deo debitam, et eam quae exhiberi debet hominibus, quod non, cum ea, que lege divina prohibita sunt, praecipiunt, minime obtemperandum est, quia, ut dixit d. Petrus (*Act. 5.*): *Obedire oportet Deo magis, quam hominibus:* et d. Paulus (*ad Rom. 3.*) ingui: *Omnis potesta a Deo est, et ordinata est;* manifestum autem relinquunt, quod potestas, quae per divinam legem velita fuit inbet, inordinatissima est, atque adeo nulla ratione ei parendum. Quare cum id d. Paulus (*ad Colos. 3.*) ait: *Obedite parentibus per omnia,* amplius hoc verbum, *per omnia,* intellegendum est iuxta expositionem divi Anselmi, quod filii debent obedire parentibus per omnia in Domino. Si autem facerent, quae sunt divinae legi adversa, satis liquet, quod non obedient in Domino, sed contra Dominum. Verum tamen est, quod cum ea, quae praecepientur a Praeclaris, dubia sunt, bona ne, an malia sint, etiam si subditus magis propendeat in eam opinionem, quod malia sint, praelato parere debeat: etenim auctoritas praelati vices Dei gerenti tanti ponderis est, ut licet aliquo, si quispiam dubitans aliquid bonum, vel malum esse suspicatur, potius malum, quam bonum, illud amplectetur, sive dubio pectetur, quia exponeret se periculo faciendo malum; praecepiente tamen praecipito illud, quod dubium est facere, etiam si subditus magis sibi persuadeat, malum esse, quam bonum, non solum non peccat, sed obediendo rem gratam Deo facit. Atque propter hanc rationem existimo, Iob, qui, ut habetur (*Paralip. 21.*) ex regis David mandato populum numeravit, non peccasse, quia quamvis David illi praecepisset, quod dubium erat bonum ne, vel malum esset, immo magis existimaretur esse malum, quia nulla apparet causa id faciendo; tamen quia propter regiam Davidis auctoritatem in tali dubio Iob ei obedere debebat, merito a peccato excusat. Ea tamen est suprema Dei optimi maximi auctoritas, ut etiam ea, quae tanquam mala omnium consensu iudi-

cantur, praecipiat, omnino ei parendum est: etenim cum sit fons totius bonitatis, suo praecepto, quae aliquo mala essent, bona facit. Praecepit olim Deus Abraham, ut proprium filium sibi immolare: nihil sane, et crudelius, et facinoriosus, quam patrem proprii filii occidere fieri. Abraham vero summae obedientiae vir manum extendit ad occidendum illum; quod adeo placuit Deo, ut continuo audiret (*Ibid.*): *Nunc cognovi, quod times Deum,* multisque beneficiis obedientiam eius remuneraret. Similiter etiam cum Dominus uberet Oseae, ut accederet ad mulierem fornicatoriam, et faceret filios fornicationis, licet aliquo quid, si ab homine praecepiceret, turpe fuisset, et nulla ratione executionem mandandum, divina tamen iussione bonum, et licitum factum est; quare Oseas divino obediens praecepto meritum habuit apud Dominum, nibilque inbone-
stum commisisti. Unde Rupertus Abbas (*lib. 1. comment. in Ose.*) eleganter, et sapienter dixit: *Non sicut libidini, sed superno imperio serviri, quo tubente etiam eorum, quae turbia sunt, vel in honesta, nihil fieri turpe, aut in honestum est;* et infra subiungit: *Non culpandus est propheta, si meretricem convertit ad pudicitiam, sed potius laudandus: etenim sicut cereris venenum ex antro trahens halitus suo illud purgat; sic sanctus propheta Oseas sua conversatione mulierem fornicatoriam a libidine detrahit:* quia, ut dixit d. Thomas (*1.2. q.100. ar. 8.*), accessit ad eam, quae sive erat secundum mandatum divinum. Atque hoc etiam factum est, quod in Genesi legitimus, filios Israel ex Aegyptiorum divitiis multa pretiosa pignora, et spolia secum tulisse, in quo nullum commiserunt fursum, aut rapimus, quia divina iussione haec fecerunt: etenim cum Deus optimus Maximus habeat iure creationis supremum omnium dominiorum super omnes creature, liberè poterat auferre vitam Isachao, et mulierem alienam, facere propriam Oseae, et divitias Aegyptiorum ab eis auferre.

Ad hacte b. Virgo magisterium filii sui cypriens omnibus manifestari, ut ex doctrina eius fluens arida infidelium corda irrigarentur, voluit ut Christus Dominus, qui testimonium Patris, voce illa coelitus delapsa, habitus erat (*Math. 17.*): *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit, ipsum audite,* habebat etiam testimonium matris ministris dicentes (*Iuc. 1.*): *Quodcumque dixerit vobis, facite.* Unde sicut ea tunc auctor Patris intentio erat, palam omnibus facere divitatem Filii sui, et ad illum audiendum eorum animos alliceret, sic matris a Patre minime degenerantis ea in illis verbis intentio fuit, ut filii omnipotentiam manifestaret, et ad eius magisterium, et imperium gratauerit suscipiendum, ministros illos, et non omnes provocaret. Itaque sicut aeternus Pater illis verbis: *hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit, ipsum audite,* quasi sigillavit Christum, tanquam verum Messiam: ubi enim nostra vulgata (*Ioann. 6.*) ait: *Hunc Pater signavit: graecus interpres vertit: Hunc Pater signo notavit;* ita et Virgo illis verbis: *Quodcumque dixerit vobis, facile,* testimonio suo,

licet alioquin materno, omni tamen exceptio-
ne maiore propter notissimum eius sanctifi-
cationem Christum Dominum signavit, et sigillavit,
tanquam verum Messiam, cui in omnibus, quae
cumque dixisset, inveniatur obedientiam erat.

Quid plura? Sane b. Virgo his verbis, *quod-
cumque dixerit vobis, facite,* hunc scopum re-
spexit, ut miraculum Christi Domini manife-
stius omnibus appareret, et absqueula ter-
tiversatione susciperetur: etenim arbitror ipsam
praevidisse Christum Dominum non alter fac-
etur cum ministris, quam olim Deus facie-
rat cum Moyse. Voluit quandam Deus suam vir-
tutem Moysi manifestare, et cum ipsi Moyses
virgam manu teneret, tunc Deus sic incop-
tum interrogat: *Quid est, quod tenes in manu tua?* respondit: *Virga.* Non latebat Deus, quod
virga erat illud, quod Moyses manu tenebat,
voluit tamen sic illum interrogare, ut sibi clare
constaret, virgam esse, et sic deinde miracu-
lum in virga factum melius cognoscere. Un-
de postea dixit Moysi: *Protece eam in terram;*
protecit, et versa est in columbum. Moyses autem
videns virgam, quam tenebat manu, columbum factam, ita admiratus, ac timore affe-
ctus fuit ut fugeret. Non dissimiliter videbat
Christus se gessisse in his muphis cum illarum
ministris, dum iussit illos hydrias aqua
implete, quia hac ratione certi facti aquo li-
quore eas esse plenas, cum ipsi manus suis
aqua infundisset, easque usque ad summum
implessent, clarius et manifestius eis pataret
stupendum conversionis portentum. Atque ad
hunc eundem scopum, ut nuper dicebam, b.
Virgo respiciens, ut erat gloriis filii sui avi-
dissima, monebat ministros sub illis verbis:
Quodcumque dixerit vobis, facite: ut cum in-
berentur a Christo hydrias aqua implete, con-
tinuo id exceptionem mandarent, ut sic mani-
festius miraculorum conversionis aqua in vim
omnibus innotesceret. Elenum inulta, quae
Christianum Dominum apud homines gloriosus
reddiderunt, miracula magni momenti semper
fuerunt; et ideo in sacris literis *signa dici*
conserue, quibus Pater Christum signavit,
Messianumque et Deum verum esse mundo ostendit.
Unde Nicodemus his signis videns Christum
Dominum signatum a Deo missum intellexit
(*Ioann. 3.*): *Scimus, inquit, quia a Deo venisti
magister: nemo enim potest haec signa facere,*
qua te facis, nisi fuerit Deus cum eo: atque
ad id mirifice faciunt verbi sponsas (*Cant. 5.*)
Messiae manus sic describitur: *Manus eius
tornatiles, aureae, plena hiacythae: manus Christi
torno affabrefactas dicit, quia opera eius
perfectissima erant: aureas vero illas nunc-
pat, quia theandricas erant, hoc est, non so-
lum hominis, sed divini suppositi, per aurum
significati, ex illo namque et humanitas argen-
to, quae duo metallia omnia alia superant,
divinum illud electrum, Christus scilicet Domi-
nus, confabatur. Plena deinde hiacythae il-
las appellat, hoc est annulus, quibus hiacythae
pretiosi lapides coloris coelestis includen-
tur; hos autem annulos arbitrio eius miracula,
quibus manus eius fulgebant, instar hiacythae
coelestem colorem habentis: quoniam coelo-
rum indicabant regem in terris versantem, qui*

non extrinsecus emendata, sed propria vir-
tute miracula celebat. Olim ingressus est Ae-
gyptum Moyses, miraculaque multa in ea pa-
travil, non tamen propria, sed aliena, Dei
nempe virtute. At Christus ingressus est mun-
dum, et in eo multo plura fecit signa non ali-
ene, sed sua potentia virtute. Moyses virgam
a Deo acceptam cerebral, per quam miracula
facet, iuxta illud (*Exod. 4.*): *Virgam hanc su-
mam in manu tua, in qua facturus es signa;* Christus virgam non cerebral, nihil enim ei
opus erat, quippe qui ad facienda signa pot-
estatem excellentiae haberet. Moysis miracula
Aegypti exitium, Christi miracula mundu-
salem attulerunt. Moyses Aegypti primogenita
occidit, Christus mortuos in vitam revocavit.
Moyses Aegyptum tenebris complevit, Christus
doctrinae sue splendore mundum illustravit.
Moyses ranas, et cynophagi Aegypto invexit, Christus
daemones expulit. Moyses peste animadicta
conficit, Christus sanitatem hominibus contulit.
Primum Moysis miraculatum, postquam in Ae-
gyptum ingressus est, conversio quadam fuit:
fuit etiam primum Christi miraculatum publice
patratum, alia conversio, sed Moysis conversio
Aegyptis fuit pernicioса, Christi vero conver-
sio convivis fuit utilissima. Moyses aquam flu-
vii Nili in sanguinem convertit, ne potari pos-
set, Christus aquam in vinum commutavit, ut
suavinge ad potum deservert. Consuavit autem
Christus Dominus frequenter miracula facere,
non solum ad ostendandam suam potentiam,
sed etiam, ut novitatem portentorum ad fidem
videntes illa converteret. Ut enim dixit d. Grego-
rius: *ad hoc visibilium miracula coruscant, ut corda
videntium ad fidem invisibilium pertrahant.* Mi-
sit quidem Deus olim Moysem, ut supra dixi,
in Aegyptum, ut Israelitas a servitu liberaret;
et illi (*Exod. 4.*) respondit: *Non credent
mihi, neque audient vocem meam, sed dicent:
non apparuit tibi Dominus;* Dominus vero ad
fidem populi conciliandum miracula edere ius-
sit, primum quidem, virga in columbum versa
est, ut credant, inquit Deus, *quod apparuit tibi
Dominus:* deinde manus in simum missa le-
prum contraxit, quae postea sanitati subito
est redditia, et aqua fluminis in sanguinem
transmutata: *Si non crediderint, inquit, tibi, neque
audierint sermonem signi prioris, credent
verbo signi sequentis. Quod si nece duobus qui-
dem his signis crediderint, neque audierint vo-
cem tuam, sume aquam fluminis, et effunde eam
super aridam, et quicquid hauseris de fluvio,
veretur in sanguinem.* Ecce permulta mira-
cula faciebat Dominus ad fidem conciliandum.
Atque hinc est, quod d. Augustinus acute ad-
notavit (*serm. 41. de verb. Domini*), Christum Do-
minus non annuisse petitioni diabolii ab eo po-
stulantis conversionem lapidum in panes, quia
non sperabat ab eo fructum fidei: verba eius
sunt haec: *Non fecit Christus de lapidibus pa-
nes, qui utique sic potuit facere, sic ut de a-
qua vinum, eiusdem enim potentiam est, facere
de lapidibus panem, sed non fecit, ut voluntate
temporis tentatoris. Alter enim tenta-
tor non vincitur, nisi contempnatur; qui ergo
tentantur poterat, quare illud non fecit, et hoc
facili recole, quando fecit de aqua vinum, quid*

addidit Ecclasiast: et crediderunt in eum discipuli eius, nunc quid tunc diabolus fuerat crederit? haec ille.

Quare autem Christus Dominus paucissima nunc miracula edat gloriose in celo, mortali tamen carne inditus innumeris tunc portenta patrabat? ratione reddit egregiam d. Chrysost. (*homilia quattuordecima super Matthaeum*) in haec praecellente verba: *Ingressus Christus in synagogas, non modo praedicabat, verum etiam signa edebat: quando enim novum fit aliquid, et inopinatum, ac politiae cuiusdam introductio, signa Deus facere consuevit prestant quaedam pignora potentia sua iis, qui legem eius accepit sunt. Iudeis cum legem esset datus, prius mirabilis illa, et prodigia magna ostendit, ac tum deum eius precepta legis imposuit. Ita hie quoque cum sublimem quandam exentiad introducturus esset disciplinam, et quae nunquam ab illis fuisse audita, auctoritatem manus suis perstrinxit claritate signorum. Cui sit honor, et gloria, etc.*

HOMILIA VIII.

Illa eadem verba Deiparae Virginis, quodcumque dixerit vobis, facite, quibus Christo obedientiam consuluit, elucidantur, multaque obedientiae, praeceps tamen coenobiticae praeconia, et utilitates proponuntur.

Multa certe, caque praecellente Deiparae Virginis praeconia in propositis verbis, quodcumque dixerit vobis, facite, mihi degenerunt: fides quidem inconcusa, quia, ut recte advertil Cyril. (*lib. 2, in Ioan. cap. 22*), omnia credit filio possibilia, non ut pecunias ad emendum eroget, non ut sponso, et convivis tecum, quo ob vini defectum appetat, verbis consolatoris eximat, ut inope aliqui haereticum commentantur; sed ut sua potentia, qui filius Dei est, sit subsidio, precatur; sed nec minor fuit prudentia, quam verbis Bernardi (*super Cant. serm. 46*) explicare possumus: *Vinum, inquit, non habent, non precatur Dominum, non imperat filio, defectum vini tantum nunciasi contenta, cum ita sit agendum cum beneficiis, et ad liberalitatem propensis: non enim gratia violenter exprimenda, sed proponeenda occasio: non nunciat, ut ignorat; quem enim filium Dei credebat, omnia ei nota esse non dubitabat; sed simul, dum nunciat, tacete suam interponit intercessionem. Simile quid (*Ioan. 11*) de illis sororibus legitur: *Ecce quem amas, infirmatur. Quid quod singularem suam misericordiam ostentavit, dum defectus vini miseriam sublevare satagit. Deinde fiduciam magnam Virginis quia non agnoscat, dum Christo sibi respondebit: Quid mihi, et tibi est mulier? quibus repulsam ei dare videbatur, ipsa firmissime speravit Christi Domini animum eius precibus inquinatum? Unde divinus Chrysostomus, Cyrilus, Theophylactus, et Eutymius ob-**

*servarunt beatam Virginem ex responso Christi intellexisse, cum minime significasse nelle se facere miraculum, sed potius facturum esse. Unde et Iuvencus cecinit (*lib. 2. Eccl. histor.*):*

Mensuram hinc inde vocat laetata ministros.

Ecce laetam ait Virginem ob Christi responsum, quia cognovit annuere eius petitio- ni. Quod si, ut venerabilis Beda opinatur, Deipara putasset, tunc Christum Dominum re- sasse eius preces, adhuc eadem Virginis fiducia magis effulgit, quia speravit in spe contra spem: sciens enim illud misericordem, ac benignum perseveraverit, sperans commiseratione tandem flecentum. Ostendit deinde beatissima Virgo in praedictis verbis ex excellenti dono prophetiae praeditam esse: manifeste enim praeceps ovil Christum Dominum facturum esse miraculum de vino convivis providendo; sed et modum, quo facturus illud erat, per conversionem scilicet aquae in vinum minime ignoravit. Quorums enim illa ministris dicere: *Quodcumque dixerit vobis, facite, nisi quia sciebat fore, ut filius eius inberet illos hydrias implere aqua: recte enim poterat, taliter miraculum patre, ut ministeriorum opera non de- sideraretur. Quare licet non defuerit, qui in eam abiorti sententiam, ut pularent inter Christum, et Virginem patrandum miraculum fuisse communicarent, et Christum Dominum ei dixisse, ut illud ab eo exposceret; doctissimi tamen Maldonati, et aliorum Doctorum (*in cap. 2. Ioan.*) mihi magis arridet sententia, asserunt beatam Virginem spiritu prophetico id cognovisse. Ac tandem, ut auctor est car- dinalis Toletus (*in comm. huius loci*), beatissima Virgo manifestavit in illis verbis mirabile donum intellectus, quod a Spiritu sancto eius susponitum cumulatissimum accepit, ex quo, et assidae sacramentum Scripturarum lectione no- verat, Deum olim in miraculis, et operibus sue potentiae faciens, aliquid, quod humano iudicio repugnabat, admisuisse. Ut enim aquas sanas faceret, salem iussit infundi (*4. Reg. 2*). Ut ferrum etiam ex aquis extraheret, lignum aquis iussit infici, quo magis videbar- tur in profundum ferendum (*4. Reg. 6*). Ut aquas amaras dulces redderet, lignum praecepit immitti, quo aliquo dulces amaricantur (*Exod. 12*). Similiter vulnus Ezechiae, ut habeatur (*Isai. 38*), ex flicis calaplaste confecto sanavit: fucus autem polius nocet vulneribus. Ac tandem (*Ioan. 9*) luto, quod ad excocando oculos valet, ad illuminandos illos usus est. Ecce quae contra rem faciebant, apponi vide- bat, ut in eo virtus divina magis innotesceret, quod in enarratis, et multis aliis exemplis factum Scriptura commemorat. Col- legit ergo beata Virgo divino lumine edacta, aliquid simile nunc faciendum, ut se eundem Deum, qui illa fecerat, palam demonstraret, et idei depositum homines, ne qui Christi virtutem non noverant, audientes, quae rei parum commoda videbantur, fortasse iussa eius aspernarentur. Rursus cum per ministros vi- num esset distribuendum, et munus ipsorum*

hoc esset, ad eos Iesum se convertendum non dubitavit, ut factum est in utroque: nam ministris Christus imperavit, et rem, quae ridicula, et non necessaria videbatur, inuinxit. Cur enim vino cum indigerent, aqua hydrias usque ad summum iubet impleri? certe quia non aliter virtus divina manifestanda erat. Ha- bemus huius rei exemplum, quanquam imperfectum (*4. Reg. 5*). Venit Naaman leprosus ad Helisaem, ut sanaretur a lepro. Propheta rem, quae videbatur inutilis, homini imposuit, ni- mirum, ut septies lavaretur in Jordane, quod ille contempnens sanitatem non est consequens. Accedit servi eius, et ut faciat iussa, exhortan- tur, dicentes: *Pater, et si tibi rem grandem Prophetia dicens, facere deberas. Obedivit ille, et divina mandata est virtute. Beata Virgo longe sapientior his servis praevenit, nec ut iubeatur expectat, sed iussa antevertens, hor- tur, et dicit (*Luc. 2*): Quodcumque vobis di- xerit, facite; quasi diceret, quodcumque vobis grave, quodcumque licet inutile visum fuerit, facere non recusat: haec est eximia, et pruden- tes misericordia, quae in homo in malum incitat, praeveniente non. Quod autem, quaeso utiles consilium vobis, auditores, dare potuit beatissima Mater, et Virgo, quam istud: Quod- cumque dixerit vobis, facite! quasi dicat: non tantum credite, sed facite, eius mandatis obtemperantes. Elenim nihil est, quod in omni bene administrata repubica, et in quoctunque hominum coeli, aequo necessarium sit, ut et virtus efflorescat, pax vigeat, et claritas in dies crescat, quam praestita magistralibus obediens. Hanc in militibus duarum tribuum, et dimidio expertus losus longo tempore amplissimis eis condecoravit laudibus: *Pecoris,* inquit, *omnia, quae praecepit vobis Moses fa- milius Domini: mihi quoque in omnibus obedi- stis. Magis deinde donatos numeribus, et bo- nis preceptionibus salutatos in terram sortis sua trans Jordane eos ire iubet: id enim illa verba significant: *Benedicite eis losse, et di- misit eos.***

Hinc facile erit prospicere, quam utilis, ne- dum necessaria sit obedientia iis, qui sub Christo militant, cuius iussa nihil aquiliti, aut veritati contrarium continent, immo ad coelestem non promovent beatitudinem. In obsequio tanti Principis, qui vivunt, non trans Jordane militent, ubi mors, grassat, et omnia corruptioni subiecta sit, sed ad beatas illas aedes, ubi nullae sunt vicissitudines, nulla rerum delectabilium permutatio, sed aeterna, et immortalis felicitas. Hanc virtutem obe- dientiae, christiano sensu philosophantes, multipli- citer ex capite efferunt, et extollunt; ego autem ab illo Psalm. 39 loco a Patribus multum decantalo, primum eius laudes, et utilitates petendas censui: *Sacrificium, et oblationem no- luisti, aures autem perfecisti mihi. Holocaustum, et pro peccato non postulasti, tunc dizi: ecce venio. In copite libri scriptum est de me, ut faciem voluntatem tuam: Deus meus volui, et legem tuam in medio cordis mei. In eo quod audis. Aures autem perfecisti mihi: aut iuxta translationem d. Hieronymi, Fodisti, vel per- forasti, perfectae obedientiae vis exprimitur,*

sicut et in illis verbis: *Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrosum non obii: perfectae servituti indicium, aut ornamen- tum significatur. Aures namque servorum, qui se dominorum servituti perpetua ultra mancipabant, subula in lege per- fodiebatur; sic iusti hoc ipsum praestant, dum semper servitute sponte se Deo mancipant.*

Secundo, obedientiae non modicam laudem continere mihi videtur verba illa (*1. Reg. c. 15*): *Nemquid vult Dominus holocausta, et victimas, et non potius, ut obediatur voce Domini? melior est obedientia, quam victimae; et auscultare magis quam offere adipem artem. Scio verba haec hunc sensum sustinere, ni- mirum melius esse, omissis victimis non de- mandatis, facere quod Deus praecepit, quam omnis divino praecepto, offerre victimas ne- cessarias, aut etiam prohibitas, sicut fecit Saul. Sed divus Gregorius (*libro 3. Moral. cap. 10*) a li- alicui intelligentiam adhibet, in eo principio fundatum, quod oblationis dignitas multum ex rei oblatione dignitate pensanda est. Unde quia per obedientiam iustus seipsum totum Deo immo- lat, per victimas vero carnes animalium of- fert, ideo melius est obedientia, quam victim- ima: verba d. Gregorii haec sunt: *Obedientia victimis iure praeponitur, quia per victimas a- timenta caro, per obedientiam vero voluntas pro- pria mactatur. Tanto igitur quisque Deum ci- placit, quanto ante eius oculos repressa arbitrii sui superbia gladio praecepti se immo- lat. Sapienter sane d. Gregorius totum hominem per obedientiam Deo immolari docet, qui dum quis voluntatem suam, reginam vi- rium reliquarum, et membris omnibus impe- randem, immolat, nihil non Deo subiectum sibi reservat: nec me latet, victimarum obla- tionem ad virtutem religionis pertinere, quae omnium virtutum moralium est praestantissima; sed tamen negari non potest, quia et ob- edientia volo firmata praeclarorum sit religio- nis opus, quae cum ex ea parte rem potio- rem victimis offerat, non mirum si Dominus eam excellentiorem victimis censeat. Quod si ad alias virtutes morales obedientiae compa- retur, sine dubio reliquarum omnium victimas in eo praecepsit, quod illi offerunt sacri- ficia, obedientia vero holocaustum, quia ni- hil non Deo consecratum relinquat. Panperas opes immolat, castitas carnem maciat; obe- dientia vero corpus hominis, et appetitio- nes eius, et voluntatem, et iudicium, et breviter Deo omnia hominis bona submittit. Quapropter verissimum Anselmus (*lib. de simili- c. 24*) bonum saecularem homini comparat, bo- mino suo fructus eiusdem arboris offerent; religiosus vero non tantum fructus, sed et ar- borem ipsam donanti: illo dicit: *En Domine fructus vite meae tibi trado; hic vero ait: et ego non tantum opera, sed et me ipsum totum fibi committo, vel dicit, ut verba huius Doctoris in medium proferam: Domine meae haecutias pestefactis eram, quodque mihi liberat, bonum, malumque faciebam. Verum quia tuus omnino debeo esse, tibique soli tantum bona o- pera fructificare, me totum tuae trado pestefacti,***

ut amodo tibi fructificem. Quod ut melius tibi facere valeam, me unius ex Ecclesiae tue Praetatis libenter subdum; qui me custodiens, ea tam opera doceat agera, quae tibi noverit magis placere. Illius ergo meritum, quasi sacrificium est, ipsis vero labor, quasi holocaustum existit. Cui profecto illud congruit, quod Ecclesiasticus de regio Vale scripsit (c. 2): *Quasi adeps separata a carne, sicut David a filiis Israel.* Ille scilicet saecularis est sicut caro sacra Deo in hostia pacifica oblata, quae partim in usum sacerdotis cedebat, partim ab ipso offerto cum gratiarum actione comcedebatur; at hic, scilicet religiosus obediens, est sicut adeps multo sacrator, quem totum ignis in Dei honorem assumebat; atque adeo obedientia ista vita verum est holocaustum, et obedientia illum plane beatum facit, quoniam similem beatis spiritibus, et loeo tempore deditum, et illi consecratum constituit.

Tertio, quis nesciat encionum illud singulare Salomonis, dum obedientiam docet hostium victimam esse? *Testis mendax peribit, vir obediens loqueretur vitoriis,* (Prov. 21). Nominis testis mendacis venerabilis Beda (*in comment. huius loci*) inobedientem intelligit, dicens: *Qui se Deo servira testatur, nec factis dicta exequitur, peribit;* hoc est qui verbis, aut habitu se Deo obedientem exhibet, vita tamen, et conversatione non obedit, perditionem sibi parit, quia ex eo, quod obediendo vitoriis de hostibus non assequitur, consequens est, ut vicimus ab illis ad aeterna salute repellatur; at vir obediens perpetuo loquitur vitoriis, quotidianie novas de suis hostibus palmas reportat, et cum sancto Davide canit (*Psalm. 65*): *Venite, audite, et narrabo omnes, qui timet Deum, quanta fecit animae meae.* Merito victorii obediens, non sibi, licet ipse eas assequatur, sed Deo attribuit, quoniam non solis suis viribus, sed virtute Dei praecepit eas de hostibus accerimis adeptus est, iuxta illud Pauli (1. Cor. 15): *Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum.*

Verum, ut agnoscamus, quam multiplex sit obedientiae victoria, oportet supponamus, multiplices esse hostes non demoliri, ac expugnare salagenses, ut his verbis docuit d. Ambrosius (*super Psalm. 118. serm. 11*): *Non superfluo David dicimus quaeque sit auxilium, qui sciebat si adversus fortis esse certamen, pluraque sibi praelia praeparanda dimicavimus, nunc adversus nequitas spirituales, quae sunt in celestibus, nunc adversus calorem sanguinis, et innumeris corporis huius illecebras, quarum nez vario, et diuina collatione laxatus pudendo corruiisset certamine, nisi fidei se radice tenuisset.* Maioriam tamen perspicillatio gratia, omnes si hostes nos infestantes, ad tres tantum revocari possunt. Hostis eius est diabolus: nam, ut ait d. Petrus (1. Petr. 5. 8): *Adversarius vester diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quaerens quem devoret.* Hostis eius est mundus; unde Christus Dominus dixit (1. Ioann. 3. 13): *Nolite mirari, si videt vos mundus, ac si dicere: eum inimicus vester sit, o fratres, quid mirum si vos odio habeat?* Hostis eius est caro, quare

Michaeas (c. 5): ait: *Ab ea, quae dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui.* Unusquisque enim hostis est ubi, unde Chrysostomus liberum integrum hac inscriptione notavit: *Nemo laeditur, nisi a seipso, quia nullus hostis, quantumvis importunus, potest illi malum culpe inferre, nisi ipse velit culpe macula deformari;* et Job (c. 20): *Factus sum nihilmetipsi gravis, hoc est pondere carnis molestus, et onerosus.* Hos omnes hostes obedientia prosterunt, et gloriosam de illis victoriam reportant. Obedientia diabolum vincit: ut enim ait dominus Gregorius (lib. 4. in 1. Reg. cap. 5): *Victimas sunt obsequia obedientium, quia cum hominibus pro Deo subscimus, superbos spiritus superamus: ceteris quidem virtutibus daemones impugnamus, per obedientiam vincimus.* Victores ergo sunt, qui obidunt, quia dum voluntatem suam alius perfecte subiungit, ipsi lapsis per inobedientiam angelorum dominantur; haec ille, a quibus non abhorret egregia illa d. Bernardi de verba (serm. 3. in Psalm. Qui habitat), dum ait: *Obsecro eos, novellae plantationes Dei, eos qui nondum exercitatus habet sensus ad discretionem boni, et mali, nolite sequi cordis iudicium, nolite abundare in sensu vestro, ne vos tanquam rudes adhuc versutis ille venator decipiatis: nam sylectribus illis, et omnino bestialibus hominibus, saeculares homines loquor, apertos satis expandit laqueos, utpote quos facile ciapiendos esse non dubitab; vobis autem, qui tanquam prudentiores cervi, serpentes necatis, et desideratis ad fontem vivum, subtiles occulat laqueos, et callidiora fraudis sua argumenta conquirit. Unde obsecro eos, humiliantibus sub potenti manu Dei pastoris vestri, et aquiescere coram consiliis, qui metu norunt venatori illius versutias, educti diuturno longi temporis exercitio, et cruribus experimentis tom in se, quam in multis; haec tenetur d. Bernardus. Ex quibus clare liquet, ut nam ex praeceptis causis, quare per obedientiam diabolum vincimus, eam esse, quod eius dolos, et stratagemata maioribus nostris obediendo delegimus. Quod adeo utile putavit magnus pater Antonius, ut dicere, prout in vita Patrum narratur (2. partes, §. 166): *Sic fieri potest, quoniam passus ambulat Monachus, vel quot calices aquae bibit in cella sua, declarat senioribus, ut a recto non deviat.* Obedientia deinde vitoriis mundi consequitur: nam qui principem aliquius regni vicit, ipsum quoque regnum sibi subiicit; diabolum autem, principem huius mundi esse Christus Dominus asseruit (Ioann. 14): *Venit princeps mundi huius, et in me non habet quicquam;* et (Ioann. 12): *Nunc princeps huius mundi eiicietur foras.* Obedientia igitur vincente principem huius mundi, consequens est, ut mundum etiam vincat, atque prosternat. Mundi desiderium est dominandi, et obedientia vero cunctis se subiiciendi: igitur obedientia, qui Dei mandatis subiiciuntur, nos vinctores mundi constituit. Id quod et ipse Iohannes statim clarus aperuit, dicens: *Quis est, qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam Iesus est filius Dei?* Quis autem fide viva credit, nisi, qui cum hac credibilitate obedientiam mandatorum Christi cou-*

tingit? unde Bernardus (ser. 1. in oct. Pas.) ait: *Potest forte morere, quod tam multos videamus credentes Iesum filium Dei esse, adhuc tamen mundi cupiditatibus irrexitos. Quid ergo ait: Quis est, qui vincit mundum, nisi qui credit, quia Iesus est filius Dei? cum et ipse iam mundus id credit? an non ipsi quoque daemones et credunt, et contremiscunt?* Sed dico: putasne, filium Dei reputat Iesum, quisquis ille est homo, qui ipsis nec teretur communitionibus, nec altrahitur promissionibus, nec praecipitus obtemperat, nec consilis acquiescit? nonne is, etiam si fateatur, se nosse Deum, factis tamen negat? porro fides sine operibus mortua est in semetipsa: ne sane mirum videri potest, si nequaquam vincit, quae nec vicit quidem. Ne autem a doctrina tanti Patris discendum, aperte ipse docet tertium quoque hostem, nempe rebellum carnem, per obedientiam calcari: nam (serm. 2. omn. Sanctor.) versans illa verba: *Beati mites, quoniam ipsi possidebut terram,* haec subiicit: *Hanc ergo terram ego corpus nostrum intendo, quod si possidere vult anima, si regnare desiderat super membra sua, necessitate est, ut sit ipsa mitis, et superiori suo subiecta, quoniam talis inveniet inferiorum suum, quem te exsibuerit superiori.* Armatus enim creatura ad ulciscendam sui iniuriam Creatoris; et ideo noverit anima, quae rebellum sibi inuenit carnem suam, se quoque minus, quam operata, superioribus potestatis esset subiectam! Mansuetus ipsis, et humiliter sub potenti manu Dei altissimi, subiectus sit Deo, et his pariter qui vicem eius habent: *Obediat Prætalis, et continuo corpus suum inveniet obediens, et subiectum;* haec ille. Atque huc facit, quod breviori sermone complexus dixit vir ille pietatis insignis Thomas de Champis (lib. 2. de init. Christ. cap. 14): *Qui non libenter, et sponte suo superiori se subiicit, signum est quod caro eorum needum perfecte illis obediat, sed saepe recalcitret, et murmurabit.* Unde in primis parentibus ab inobedientia originem habuisse rebellionem carnis adversus spiritum his verbis sapienter adnotavit dominus Augustinus (de Civitate. Dei cap. 17) explicans illa verba: *Apperti sunt oculi amborum;* sic enim ait: *Nudi erant, et non confundebantur;* non quod eis sua nuditas esset incognita, sed turpis nondum erat, quia nondum libido membrorum illarum præter arbitrium commovebatur; nondum ad hominem inobedientiam redargundam sua inobedientia, caro quodammodo testimonium perhibebat, gratia remota, ut poena reciproca inobedientem plecteretur. Exitit in motu corporis quedam impudentia novitatis, et fecit attentos, reddiditque confusos. Si ergo inobedientia carnem ad affectionem provocavit, certe obedientia in officio continet, et vitoriis de illa reportabit.

Quarto commendanda venit obedientia a mirabili tranquillitate, qua obedientes ruuntur. Et quidem, cum victoriam sequalaris pax, et tranquillitas, et obedientia de hostibus vitoriis comparebant, non mirum, si pacem, et tranquillitatem pariat. Duplici certe ratione turbari potest pax: aut quia aliquis maiori repugnat, aut quia inferiori sibi contradicentibus non imperat, cum illum compescere, et in debita

CARTHAGENA de B. M. V.—Vol. II.

subiectione continere possit. Si autem quis et superiori pareat, et ab inferiore debitam subiectiōnem accipiat, perpetua quadam tranquillitate cumulabitur. Haec duo secum afferit obedientia: nam Deo nos, et superioribus subiicit, et ab his, quae infra nos sunt, et minimum a viribus, et appetitionibus nostris perfectam subiectiōnem extorquet: nam iudicio nostro fraenum iniciit, ne contra mandata prælaturum aliiquid sentiat: voluntatem cohibet, ne opposita his, quae iniuncta sunt, cupiat: appetitum continet, ne in periculosam libertatem diffiat: corpus demum ad imperata exequenda applicat: et ita cum ipsa maioribus pareat, et illis universae nostre vires obediunt, non est, unde turbacionem pertimescat. Doctrinam hanc his aperitis verbis docuit dominus (Matth. 11. 30): *Tollite iugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum, et humilis corde, et invenientis requiem animos vestris.* Ad iugum admittendum horatur, et in praemium requiem pollicetur. Per iugum omnes patres evangelium, et legem Christi per obedientiam custoditam intelligent: aperte illud iugum quodcumque hostem, tunc quod Christum, et animam religiosam iungit. Ideo autem arbitror vocasse illud suave, quod item onus ipsi simul ferant, et quia potius est iugum Christi, quam animae; unde ipse ait: *Tollite iugum meum:* ipse enim eius gratia a deo datum onus sine onere fert, ut parum operis anima sentiat: ex quo fili, ut hoc in iugum, dum onerat, non premat, sed tranquillitatem, et serenitatem animi conferat. Alique huc videntur mili respicere verba David (Psalm. 24): *Dulcis, et rectus dominus; proper hoc legem dabit delinquentibus in via: quasi dicat, dulcis, et rectus est Deus, et ideo peccatores legem dedit, ut per obedientiam eius, non solum ad rectitudinem animi, sed etiam ad dulcedinem ducerentur. Quid enim Deus intendit, nisi non lapsos a peccatis abducere, et ad sui similitudinem revocare? ipse rectus est: vult ergo, ut recti simus: ipse dulcis est, vult etiam, ut spiritum dulcem, quietum, et tranquillum habeamus. Est igitur pax, et tranquillitas obedientiae comes, ut cecini David (Psalm. 118): *Pax multa diligenter legem tuam, et non est illis scandulum.**

Quinto, per obedientiam adipiscuntur sancti, ut omnia eius obediunt. Sol in medio cursum sui steti, ibente iugis, ne ulterius progederetur (Iosue 10): *Sol contra Gabonem ne movearis;* et quod maius est, sacer textus ait, Deum obediens iugis: *Obediente Deo vocis hominis.* Helias rubibus imperabat, ut contineat pluvias, et non plueant. Iubebat, ut pluerent, et continuo obedientes eius imperio, pluviam mittebant. Credentibus etiam fide formata, quos constat, solos esse obedientes legi divinae, dicitur: *Serpentes tollent, et si mortiferum quid biberint, non eis nocbit.* Unde et sanctus benedictus, ut in eius vita legitimus, vas intoxicatum signo crucis confregit. De nostro etiam seraphico patriarcha francisco officium eius a d. Bonaventura compositum, sic ait in quadam eius antiphona: *Hic creaturis imperat, qui nutui subiecerat se totum creato-*

ris: quicquid in rebus reperit detectamentum, dirigit in gloriam factoris. Venos tandem sedatos, maris vortices compressos, voraces ignes extinctos, daemones a corporibus obsessis expulsi, ad imperium obedientium divinae legi, est adeo omnibus notum, ut probatione non indigeat.

Sexto, illam ingentem obedientiae laudem arbitror, quod omnes virtutes confinet, et bonae omnia, quae ad coelestem patrem conseruant, partit. Prudentia media apia ad finem consequendum inquirit, iustitia unicinque ius suum tribuit, observantia reverentiam maioribus exhibet, pietas officia parentium impetrat, fortitude in periculis sustinentia versatur, patientia malis, et adversis fortis ostendit, abstinentia modum in cibis, sobrietas in potibus, castitas in venereis, paupertas in contemptu rerum temporalium ponit; et sic quaeunque alia virtus, quasi terminum sue iurisdictionis habet, ultra quem handiquaque suam potestatem extendit. At obedientia in sua latitudine accepta, ceu Regina polens omnes materias universarum pervagatur; prudensque ex obedientia prudenter agit, et iustus, aut fortis ex obedientia iuste, aut fortiter se habet; et sobrius, aut temperatus, aut castus, ex obedientia sibi temperate, ac caste se gerit; et qui imprudentia, aut iniustitia, aut alio vitio peccat, ideo delinquit, quia praecpta transgreditur, ac ideo quia a mandatorum obedientia separatur. Merito proinde quidam ad hanc virtutem illud (*Prov. 31*) applicunt: *Multae filiae congregaverunt divites, tu supergesse es universa: quoniam aliae Dei filiae, nempe aliae virtutes, in sua propria cuiusque materia operis meritorum congregant; obedientia vero opes in omni materia, in omnique actione coercavit.* Obedientia concordia servat in angelis, unitatem tribuit Ecclesiis, pacem constituit in coenobitis, tranquillitatem facit in regnis, in rebus publicis, et familiis; et quicunque excessus, quaeunque exorbitatio a lege in istis conspicitur, ex obedientiae defectu profidetur; et ut uno verbo multa dicam, verus obediens omnes alias virtutes ipsa obedientia exercet, et promovet: quia omnia praecpta non solum legis divinas, sed et religiosas vias de virtutum actibus data sunt, atque a deo, qui eis se accommodat, virtutum studiosus efficit. Is pauper spiritu, quia obedientia perturbata iubet: castus erit, et humilius, quia obedientia castitatem, et humiliatatem praecipit: mitis erit, et contemptus sacculi, et aliam virtutem possessor, quia eas omnes obedientia prescribit. Hoc sonant illa verba Augustini (*de Cred. Dei capit. 12*): *Obedientia commendata est in praecpte, quae virtus in creatura rationali quodammodo est omnium, custos virtutum; quandequidem sic facta est, ut ei subditam esse, sit utile; perniciemus autem, siue, et non eius, a quo creatura, facere voluntatem.*

Septimo, illud virtutem obedientiae mirum in modum excollit, quod valde persimilis sit chariti, quae iuxta Pauli sententiam maxima est inter virtutes: *Maior autem horum est charitas: utraque nos Deo inungit, de illa scrip-*

*tum est (1. Ioan. 4): Qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo; de hac vero (1. Ioan. 3): Qui seruat mandato eius, in illo manet, et ipse in eo. Alque de hac duplice virtute dixit Beda (*In Ioan. ad cap. 6*): *Sit tibi Dominus Deus, et esto domus Dei; mane in Deo, et maneat in te Deus: manet in te Deus, ut te contineat, manes in Deo, ne cadas; serva mandata eius, teme charitatem, noli te distellere a fide illius, ut gloriaris in presentia ipsius, et securus manebis in eo modo per fidem, tunc per speciem. Manebit, et iste perennies, iuxta quod ei Psalmista decantat: in aeternum exultabunt, et habitat in eis.* Utroque etiam virtus facit, idem velut cum Deo, et idem nolle, licet diversa ratione: nam charitas per modum amici, obedientia per modum subdit: illa quia diligit, et haec quia fidelis est, ex toto corde proclamat (*Psalm. 142*): *Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.* Utroque secundum divinum beneficium, desideria, et actiones suas dirigit, et non aliam regulam, nisi quod debet, inbet; aut quod Deus fieri vult, exquirit, dicens (*Psalm. 118*): *In corde meo exquisie te, ne repellas me a mandatis tuis.* Utroque est virtus generalis, quae ad omnium mandatorum custodiā impellit. Ac tandem sicut charitas est omnium forma virtutum, quibus vitam, et esse tribuit, ita et obedientia quodammodo virtutum est forma, quoniam id unum in actionibus eorum, ut divina praecincta compleantur, spectat.*

Otavio, huicque omnia dicta alia obedientiae laus longo intervallo superat, quod obedientiam, et Christo similem, et in hac vita beatitudinem facit. Christus, ut ait Apostolus (*ad Phil. 2*), *factus est obedientis usque ad mortem, mortem autem crucis.* Ecce per mortem obedientiae opus resurrectionem corporis, et ascensem in coelum, et exaltationem sui nominis acquisivit. Similiter veras obediens per obedientiam, qua se proper Deum praefato submittit, veram beatitudinem comparat, et ad aeternam libertatem aspirat. Quonamobrem, sicut in republica principes est, et dicitur, qui in suo tempore est principium accepturus; ita et obediens beatus est, quia ob meritos obedientiae magnam est felicitatem, et beatitudinem adpleturus. Ideo beatus Ephrem (*de obedientiis*) virum obedientem felicem, et Christi similem vocare non metuit: *Beatus, ait, qui vera, et minime similata praeedit est obedientia: quoniam hic imitator est optimi nostri praecceptoris, qui obediens fuit usque ad mortem.* Vere igitur qui obedientiae fructus posseesse, beatus est, qui cum Domini sit imitator, etiam coheres illius efficietur; qui obedientiam obtinet, vincula charitatis cum omnibus coniungit. *Qui obtinet obedientiam, magnam possessionem obtinet, magnisque sibi divitias accumulabit;* sic ille. Quae autem esse potest haec magna possessio, quae haec magna dilectio, nisi certa felicitatis spes, qua obediens in hac vita beatus efficietur? Et quidem in hoc etiam obedientia similis est beatitudini, quod per eam humo, ut holocaustum perfectissimum in honorem divini nominis consecratur: hoc enim vitac hominum in Ecclesia militantium,

et vilae in patria regnantium videtur esse discrimeri, quod illa est similis sacrificio, haec holocausto: illa est quasi sacrificium, quia quantumvis perfecta sit, aliquid suae naturae, et necessarii tribuit, et id quidquid sit, quasi ad holocausti integratatem subtrahit; haec vero est quasi holocaustum, quia sancti in colesti patria haec Deum amant, et laudant, ut se totos, et per totam aeternitatem in hoc opus amoris, et laudis impendant. Idem autem in vita perfectorum obedientiam repperit, qui se totos, et omne tempus Deo consecrant, et ideo quandam similitudinem aeternae felicitatis obtinunt. Si manducant, ex obedientia manducant: si dormiunt, ex obedientia dormiunt; si quid aliud ad corporis commodum pertinet, faciunt, ex obedientia faciunt, et alia, non iam media, sed vere bona, et perfecta opera multo magis ex obedientia perficiunt.

Nono, obedientiae illud magnum praecoccum censeo, quo incomparabilis gloria, et sublimitas felicitatis ei correspondet: immo illi sola vita aeterna promittit: adolescenti enim interroganti (*Math. 19*): *Quid videtis vitam aeternam possidente?* responsum est: *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.* Nullus vero ignorat, opus obedientiae esse custodium mandatorum: ei postea (*Math. 26*): *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi: esurici enim, et dedistis mihi manducare, et cetera, quae sequuntur.* Haec autem mandata esse, proper quorum obedientiam iusti coelestem gloriam obtinebunt, nemo potest ambigere. Si igitur communis obedientiae, ad quam universi tenentur, gloria promittitur; obedientiae perfectissimae, et exquisitissimae, quam religiosi profitentur, quae se totos Deo consecrant, maior, et copiosius gloria promittetur. In terra republica praemium militibus vincentibus, et duci totum exercitum gubernanti, et vincenti, et cunctos ad victoriam dirigentur decurrit; sed manifestum est discrimen inter praemium, et praemium: illud est magnum, istud maius: illud pretiosum, istud vero multo pretiosius, et excellentius, ipsa iustitia exigeente, ut qui plus laboravit, amplius recipiat. Ita communes obediens, quales reputamus iustos, sunt velut milites; qui vero perfectam vitam corripiunt, et per obedientiam se totos, et omnia sui Deo dedicant, sunt velut duces, qui reliqui exemplo praecant. Quid ergo mirum, si in regno coelesti sublimiores sedes obtinant? Unde sapiensissimus, et piiissimus pariser Dionysius Richelius volens ad perfectissimum obedientiae exhortari, magnitudinem gloriae obedientis retrahendum in haec verba proponit: *At hoc provocare debet contemplatio beatitudinis gloriosissimae, quo observantibus suam professionem promissa est, ac praestanda. Quando enim in hac vita plenus seipsos offerunt Deo, et eius servituti se mancipant, tanto in regno coelesti Dei seipsorum plenus, clarus atque suavis reddet, coniunget, et applicabit ipsis.* Et quanto plus proper Deum suas frequentat, et abiecerunt voluntates, et quo per obedientiam profundius humiliaverunt seipso, eo in paradyso coelesti seipso.

Dirupta est terra sub pedibus eorum: et aperiens os suum, devoravit illos cum tabernaculis suis, et universa substantia eorum, descendenterque vivi in infernum. Saul proper inobedientiam a spiritu nequam exagitabatur (1. Reg. 6), et quia non paruit Deo in excidio Amalech, (1. Reg. 15), privatus est regno: Pro eo ergo, quod ab-

icisti sermonem Domini, abiecit te Dominus, ne sis rex: et (2. Machab. 7) nuns ex septem fratribus ad Antiochum dixit: Tu autem ne existimes, tibi impune futurum, quod contra Deum pugnare tentaveris. Deinde Iomani fugientem in Tharsis, et diuine praecipito inobedientem, nec aqua, nec aer, nec navis potuit ferre, sed in profundum mariis eum proiecit. Quid dicam de inobedientibus, qui adversus praelatorum iussiones obmurmurant? Aaron, et Maria eius soror, quia murmuravertunt contra Moysem, graviter a Domino reprehensi sunt, et mulier, quae procacius peccaverat, lepra percussa est: Ecce Maria apparuit candens lepros, quasi nix (Num. 12). Populus postmodum murmuravit contra Moysem, in cuius delicto poenam misit Dominus in eum ignitos serpentes, a quibus populus sunt vulnerati, partim occisi. Atque hinc est, quod David cavenit ne a Deo puniretur, quia partem clamidis regis Saulis abscondit, valde poenituit, sacra Scriptura dicens (1. Reg. 24): David percussit cor suum, eo quod abscondisset oram clamidis Saul: non enim debuerat mittere manum in Christum Domini, et principem populi. Hunc locum Summus Pontifex Nicolaus Primum (epistola ad Michaelam Imperat.) ut habetur (tertio tomo Concil. de Praelatis) moraliter interpretatur: Facta quippe praeceptorum ovis gladio ferienda non sunt, etiam cum recte reprehendenda indicantur. Si quando vero contra eos, vel in minimis lingua labitur, necesse est, ut per afflictionem poenitentiae cor prematur, quatenus ad semipenum redat, et cum proposita potestateli deliquerit, eius contra se iudicium, a quo sibi praetata est perhorrescat. Ideo ergo praetati cum magna reverentia tractandi sunt, nec corrum sunt more, aut vita taxanda, quia cum Dei locum teneant, eiusque personam referant, ipse sibi iniuriarum irrogatum depulit, quam in praelatos factam considerat. Ubi observatione dignum esse reor, quod Deus vocat praelatos, et praecipie ecclesiasticos, ut illos Deum representant intelligamus, atque adeo inobedientiam, et iniuriam illius irrogatum ipsi Deo irrogari sciamus, ut luculentur docui Samuel 1. Reg. 5), dum idololatria inobedientiam comparavit, dicens: Quasi peccatum ariolandi est repugnare, et quasi scelus idololatrie nocte acquiscere. Sed dicit quispiam: ariolandi peccatum religionis virtutis opponitur, et idololatria scelus fidei adversatur: quare igitur inobedientia cum his peccatis confertur; certe, ut intelligamus, eam in Deum ipsum per praelatos ibentem refundi, et quasi peccatum ariolandi esse, quia Deo in praecipitis debitam venerationem tollit, et quodammodo fidei meritum praeripit. Divus Gregorius (35. Moral. cap. 10) dicit: Ariolandi peccatum inobedientia dicitur, ut quanta sit virtus obedientiae demonstretur: ex adverso enim metus ostenditur, quid de eius laude sentiat. Si enim quasi peccatum ariolandi est, repugnare, et quasi scelus idololatrie, nocte acquiscere, sola obedientia est, quae fidei meritum possidet, sine qua quisque infidelis convincitur, et si fidelis esse videatur. Ego autem puto, ea etiam ratione, inobedientiam idololatria comparari, quia dum

omnis inobedientis, ut sue propriae voluntati obsecundet, superioris praecipiti repugnat, seipsum colit, suamque voluntatem adorat. Sed nec silentio praterire, licet sapientem observationem divi Bernardi (tractat. de praecip. et dispens.), ubi elucidans praedicta verba (quasi scelus idololatrie nocte acquiscere) haec habet: Non alii, non acquiscere, sed nocte acquiscere, ut non iussionis simplex ipsa transgressio, sed voluntatis superbia, et contemptio, scelus idololatria reputetur: non enim est idipsum nocte obediens, et non obediens. Hoc quippe interdum erroris est, nonnunquam, et infirmatis: illud vero aut odiosae pertinaciae, aut contumacias nocte acquiscere.

Ceterum, quis si omnia, et singula obedientiae praeconia, et utilitates prosequi vellem, in immensus abiecto oratio, vale dicendi contraham, contentus solum selecta quadam sanctorum Patrum testimonia, quibus multa praeclarorum obediencia nobis tradidere, hic apponere. Sanctus Ephrem (tract. de virt. cop. de obedi.) uni obediens omnium virtutum exercitationem adscribit in haec verba: Qui obediens est, omnia gratias est, ab omnibus laudetur, et ab omnibus probatur; vir obediens cito exaltatur, et celiter progressus magnos efficit. Vir obediens praeceptibus non resistit, et iubebitibus non aduersor, reprehensionis non irascitur, ad omni opus bonum promillimus est, ab iucundia non facile captur: si reprehendatur, non commovet: et si contumelias afficiatur, nequaquam excedens: in calamitatis gaudet, et in tribulationibus Deo gratias agit, de loco in locum non transmigrat, et ex una in aliam mansionem non se transfert: admontus non perturbatur, atque ordinatus ad locum, in eo manet, et tamen non afficitur patrem non despicit, et fratrem nequaquam spernit, monasticae vitae rationem non carpit: recreations, et otia fugit, ac locorum, etrisque amoenitatis minime sectatur, sed secundum Apostolum, in qua vocatione vocalus est, in ea manet. D. Gregorius quidam in hoc genere argumenti scripsit, quibus multa obediencias praeconia cum totidem utilissimi documentis ad obediendum coniuncta, nobis reliquit; praecipit tamen (lib. 2, in 1. lib. Reg. cap. 4) pueri Samuels nocte ad Heli accurrunt obediencias laudans, haec summa observatione digna verba proferit: Puer humiliter homini subiectus, atque obedientiae ardore race sublimatus, dum vocatus accessit, iussus reddit: quid nobis exemplo praeberet, nisi altissimae formam obedientiae? Vera namque obedientia, nec praecipitorum intentionem discitat, nec praecipita discernit: quia qui omne vitae sua iudicium maiori subdidit, in hoc solo gaudet, si quod sibi praecepitur, operatur: ne scit enim iudicare, et quisquis perfecte didicerit obediens, quia hoc tantum bonum putat, si praecipiti obediens. Unicum bonum est ad recuperationem vitae, obedientia. Si inobedientia culpa malum sufficiens fuit ad perpetrandam mortem, et in malo inobedientia mors praevaluat, loties vitae reddimus, quoties obediens. Puer itaque Samuel, nec vocatus, nec repulsus offenditur, quia vocantis, aut repellentis animum videre noluit, qui in hoc solo gaudere noverat, quod

obedivit. Et quia surgere ad laborem, redire autem ad dormendum pertinet ad quietem; quid insinuat, nisi quia utrumque nobis vitam praeparat, si obedientia animus in eo quod agit, non nisi obedientia bonum pensat? Praeceptum namque in hoc solo pensari debet, quod maioris praeceptum est, et qui obedientia bonum exequitur, non iniunctum opus debet considerare, sed fructum: quia ad promerenda aeternas vitae gaudia non exquiritur qualitas operis, sed mortificatio propriae, et exequitur alienas voluntatis. Iam ergo ad omnipotentem Deum, nec ea, que ad laborem, nec ea, que ad quietem pertinent, parca sunt, si aeternam vitam parare obedientibus possunt. Quisquis ergo alieno imperio subiectus est, hoc solum consideret, quia quod sibi secundum Deum intinguitur, valde magnum, et excessum in lucro est mentis, quod vitam preparat in mercede retributio- nis; quo contra inobedientes asperiat, quia prius parens poni vult inobedientia corrunt. Unde et apte colligitur, quia si parva, quae videantur, maiorum imperio contemptu, ab internis gaudis separant, etiam minima, quae persicuntur, vitam parant. Operator itaque strenuus vitae socialis, et communiter se cum Deo servientium plus aemulator, si aeterni meriti ampliorum retributionem per obedientiam bonum adipisci desiderat, in hoc solo se cognoscere possit, et prae ceteris arbitrio maioris propriam subdiderit voluntatem. Nam nec magna fuerit ieiunii, nec asperae vitae studia devotis Christi militibus in maiorum praecepto, valde pondera sunt; maioris enim est meriti charitatis iniuncta refectio, ieiunio propriam deliberatione suscepit. Qui enim iussus carnem refexit, invitus ieiuniu[m] praemium devotione promeruit, et ampliorem mercedem obedientiae manducando conquisivit. Vocavit ergo Deus puerum, sed coe magistro similis, ut electus puer, quo humilitate obedientiae esset sublimis, ostenderet. Iterato excusat, ut eum, quem in forme electorum ponere volebat, ostenderet; quia nec imperiorum instantia fatigaret. Per eum, qui reprobadunt erat, audire quoadmodum debuit, didicit, ut perfecte sciamus, quan majorum imperia tunc etiam veneranda sunt, cum ipsi laudabilium non habent vitam. Divus Augustinus (libro 2. quest. mer.) quadam alia praeclara valde in eodem genere argumenti tradit in haec verba: Creavit Deus arborum scientiae boni, et malorum in paradise, ut ostenderet homini, cui esset sub tali Domino utilissima servitus, quantum esset solius obedientia bonum; quam solam de famulo exegarat, cui obediens non propter servientis utilitatem potius expediret, ab eo ligno sunt prohibiti, quae si uterentur non prohibiti, nihil malum omnino patarentur, ut quod illo post prohibitionem utentes, passi sunt; salis ostenderetur, quod eis haec non intulerit arbor cibo noxiis perniciosa, sed tantum obedientia violata. Hanc ergo priusquam violasset, placebant Deo, et placebat eis Deus; et quavis corpus animale gestarent, nihil tamen inobedienti in illo adserum se moveri sentirebat: faciebat quippe hoc ordo iustitiae, ut quia eorum anima famulum corporis a Domino accepit, sicut ipsa eidem Domino suo, ita illis corpus obediens, atque exibebat eis congruum sine ulla resistentia famulatum. Quamduo anima rationalis domina carnis, inobedientis non extiterat Domino suo, neo ipsa reciproca inobedientia experita est carnem suam. At posterum illa est facta transgressio, et anima inobedientis Deo extitit, corpus eius, legem inobedientiae; haec divus Augustinus, quibus aperte docet, eum qui desiderat carnem sibi obediens, et e contra spiritum non recalcitrare, nullum aptius medium ad id oblinendum apponere posse, quam ut ipse adversus divina praecepta non recalciteret, nec se ab obedientia iugo subducens, mandatis Dei obtemperare contemnam, cui sit honor, et gloria in saccula saeculorum. Amen.

HOMILIA IX.

In eadem Virginis verba: quodcumque dixerit vobis, facite, de gradibus perfectae obedientiae disserimus, variis animi conceptionibus, et Sanctorum Patrum doctrinis argumentum hoc locupletan-

Cum beata Virgo proposita verba, quodcumque dixerit vobis, facite, ad ministros illius con vivi direxit, facile mihi persuadeo, secundum mysticum sensum, ad religiosae vitae cultores praecepit perlucere, qui speciali voti obligatione ministri sunt divini cultus, et Dei famulatu[m] mancipati; ad quos proinde spectat, exacte facere quaequaenam Christus, et praetali vices eius gerentes eis dixerint. Et quamvis de hoc genere argumenti (lib. 8) nonnulli perfractaverint, verba tamen Virginis me compellunt, ut de illo latius disseram in praesenti, alliter vero praedictos coordinans obedientiae gradus, quam ibi oportet; tamen ad id prius ex sancitorum Patrum doctrinis, obedientiae naturam describere magnum pater Basilicus (serm. de inst. Mon.) in hunc medium eam descripsit: Vera, perfectaque subiectorum erga moderatorem ordinis obedientia in eo conservatur, si quis ex eius consilio non rebus modo flagitiis abstinet, sed nec ea quidem, quae laudabilia sunt, sine sententiis illius faciat. Divinus Thomas Aquinas (2. 2. quest. 104. art. 2. ad tertium) sic ait: Obedientia est, quae promptius reddit hominis voluntatem ad implementum voluntatem praeceptantis. Albertus Magnus (in Parad. anim. cap. 3): Obedientia, inquit, ad vicarios Christi, scilicet ad praelatos est, cum subditus, quod sibi maxime contrarium est, frateretur, et libenter exequitur, nunquam manifestans signo, vel facto, quod sibi contrarium sit praeceptum. Beatus Ioannes Climacus (grado 4) pro sui more eam luculentius ita describit: Obedientia est animae proprie perfecta abnegatio per corpus certius ostensa; aut forte versa vice: obedientia est inexaminatus, atque indiscutibilis motus, spontanea mors, vita curiositate carens, securum periculum, immediata